pleraſq[ue] amiſit: illa non cernentes amplius in eo cœ-
leſtem imaginem, terreſtri ſpretâ, iugum eius confeſtim
excuſſerunt; ignis enim cœpit urere, äer gravis et mor-
tifer exiſtere, aqua minus ſalutaris, etiam ſubmerſionem
minitari; terra mater ante, nunc noverca ſubſilire
pro frugibus lolium et tribulos proferre; montes
præcipitijs, valles foveis, tellus tota hiatibus exitium
oſtentare: leo ungues evaginare, aper dentem fulmi-
neum ſtringere, calcibus equi, cornibus tauri, canes
morſibus, ſerpens linguâ, ſcorpius caudâ, vulpes dolis ho-
mines partim lædere, partim ludere cœperunt. quid?
quod et minutiſſimorum et planè contemptibilium inſectorum
muſcarum, culicum, pulicum aculeos nequiverit devitare. Sed
hæc omnia levia dicenda fuiſſent, niſi homo etiam pro-
prio corpore graviora experiri ſentireq[ue] cœpiſſet. Pro pa-
tria natus exilium, pro paradyſo voluptatis vallem la-
crymarum, pro delicijs locum vaſtæ et horrendæ ſolitudinis.
Copias et opes ſpectas, nudus ſpoliatus, iuſſus victum ma-
nu et labore, in ſudore vultus comparare. Corpus vides
obnoxium morbis, doloribus, iniurijs, alijsq[ue] mille mole-